G. V.dr Gucht Inv. et Sculp.

Impenſis Sam. Birt, Ioh. Clarke & Guil. Ruſsel.

ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ ΤΗΙΟΥ
ΜΕΛΗ.

ANACREONTIS TEII
CARMINA:

Accuratè Edita;

Cum NOTIS perpetuis;

Et VERSIONE LATINA,

NUMERIS ELEGIACIS

Paraphraſticè expreſſa.

Accedunt Ejuſdem, ut perhibentur, *Fragmenta*;
et Poetriæ SAPPHUS, quæ ſuperſunt.

EDITIO SECUNDA,
Priore emendatior, & vocabulorum omnium
ANACREONTICORUM INDICE
adaucta; cum rerum, epithetorum, & phraſium
inſigniorum annotatione.

LONDINI:
Impenſis SAMUELIS BIRT in *Ave-Mary-Lane*, JOHANNIS CLARKE in *Duck-Lane*, & GUILIELMI RUSSEL in *Smith's-Square* Weſtmonaſt. MDCCXLII.

BIBLIO... SALAMANCA

PRÆFATIO.

QUarum rerum ab Editoribus, Interpretibuſque librorum in Præfationibus ratio reddi ſolet; de iis, quod ad hunc libellum ſpectat, benevole Lector, hæc accipe. Multi ſunt anni cùm à Juvene quodam in Academiâ Oxonienſi, admodùm juvene, imò penè puero, elegantiſſimi Poetæ Anacreontis Carmina numeris Elegiacis donata ſunt. Nolim putes, ob hoc dictum, crudum atque inconditum opuſculum literato Orbi hìc obtrudi; & excuſari velle nos, quòd ſit juvenile: quo nihil ineptius, vel impudentius. Si enim mala ſunt, vel minùs bona, quæ chartis illeveris; quorſum typis mandantur? Excuſanda ſunt videlicet, quòd ab adoleſcentulo te fuerint compoſita. Eſto. Sed

magnificentiſſimè donatus. Dictus eſt à ſapientiſſimo Socrate σοφὸς, ſapiens: ab Athenæo νήφων, καὶ ἀγαθὸς, ſobrius, & probus. Scripſit quamplurima; quæ intercidĕrunt penè omnia. Apud Veteres, & vivus, & mortuus, in magnâ æſtimatione ſemper habitus eſt; & multis Statuis, ac Nummis cohoneſtatus. Ad ſeram uſque ſenectutem duravit; ad octogeſimum nempe quintum ætatis annum. Interiit autem etiam tum, non ſenio confectus; ſed acino uvæ paſſæ ſtrangulatus.

ΑΝΑΚΡΕΌΝΤΟΣ

ΑΝΑΚΡΕ΄ΟΝΤΟΣ ΤΗΙ΄ΟΥ

Μ Ε΄ Λ Η.

ANACREONTIS TEII

C A R M I N A

Numeris Elegiacis paraphraſticè donata.

ANA-

ΑΝΑΚΡΕ'ΟΝΤΟΣ ΤΗΙ'ΟΥ

Μ Ε' Λ Η.

ΩΔΗ Α'.

Εἰς Λύραν.

Θέλω λέγειν Ἀτρείδας,
Θέλω δὲ Κάδμον ᾄδειν·
Ἡ βάρβιτος δὲ χορδαῖς
Ἔρωτα μοῦνον ἠχεῖ.

Ἤμειψα

I.

Ver. 1. Θέλω &c.] Duo ſunt præcipuè metri genera, quibus utitur Anacreon: quorum unum hæc Ode exhibet,

Θέλω λέγειν Ἀτρείδας·

alterum in tertia primùm occurrit,

Μεσονυκτίοις ποθ' ὥραις·

Dico *præcipuè*: nonnullis enim Odis quædam quaſi anomala inſeruntur carmina; nonnullæ, quoad metrum, mixti ſunt generis. Scanſionis, quam vocant, non una, ſed multiplex eſt ratio. Menſuretur e. g. verſus iſte Horatianus,

Mæcenas atavis edite regibus;

fieri poteſt, vel hoc modo: *Mæcenas* | Moloſs. | *atavis* | Anapæſt. | *edite* | Dact. | *regibus* | Dact. | vel hoc, *Mæce* | Spond. | *nas ata* | Dact. | *vis* | Catalect. | *edite regibus* | Duo Dact. ut ſuprà. Eſt etiam tertius, iſque peſſimus, modus; quem vide apud Interpretem Horatii in uſum Delphini. Similiter primum hunc Anacreontis verſiculum omneſque ejuſdem menſuræ,